Opizo LXXXIV. De Parma de prosapia de Sancto Vitali. Hic anteq fuerat Parmensis Episcopus; bonus curialis et largus, latus corpore et pinguis; filius militis, mater vero natione Januensis, soror bonae memoriae Innocentii IV (IIII). papae. Hic literatus diversis scientiis, et in agendis expertus, magnanimus fuit multum et magnis[a] bonorum temporalium distributor, pius ad pauperes fuit. Prius ecclesiae Parmensis Canonicus extitit, ac deinde Tripolitanae[b] ecclesiae per V annos electus prefuit. Per praedictum patruum suum Innocentium IV (quartum). ad ecclesiam Parmensem[c] est translatus, ubi praefuit per XLIV annos [cum magna seculari potentia ac fama. Et demum post 44 annos per] ~~Per~~ Bonifacium Papam VIII ad sedem Ravennatem translatus est anno domini MCCLXXXXVI.

[d][Usque huc facit memoria ista Chronica de istis archiepiscopis, videlicet usque ad Opizo de sancto Vitali archiepiscopum, qui fuit circa annos 1286, ut apparet in exordio istius operis.]

a) magnis

b) Tripolitanum

c) Parmensis

d) Uncis incl. in marg. ead. manu suppl.